

S. TOMMASO D'AQUINO

CATENA AUREA

Glossa continua super Evangelia

Volume 3

VANGELO SECONDO MARCO



S. TOMMASO D'AQUINO

CATENA AUREA

Glossa continua super Evangelia

Volume 3

VANGELO SECONDO MARCO

Testo latino dell'edizione Marietti
confrontato con l'edizione di Jean Nicolai O. P.

Traduzione di ROBERTO COGGI O. P.



EDIZIONI STUDIO DOMENICANO

CAPUT I

VERSUS I

Initium Evangelii Iesu Christi Filii Dei.

HIERONYMUS [in Prologo]: Marcus Evangelista sacerdotium in Israël agens, secundum carnem Levita, ad Dominum conversus, Evangelium in Italia scripsit, ostendens in eo quid et generi suo deberet Christus. Nam initium Evangelii in voce propheticae exclamationis instituens ordinem leviticae electionis ostendit, praedicans Ioannem Zachariae filium in voce Angeli emissum, dicens «Initium Evangelii Iesu Christi Filii Dei». HIERONYMUS: Εξαγγελιον, Evangelion, graece dicitur, latine bona annuntiatio praedicatur; quod proprie ad regnum Dei, et remissionem pertinet peccatorum: est enim Evangelium per quod venit redemptio fidelium, et beatitudo sanctorum. Quatuor autem Evangelia unum sunt, et unum quatuor. In hebraeo Iehosua, in graeco Σοτερ, Soter; in latino Salvator dicitur. Masciach hebraice, Christos graece, Unctus latine, idest Rex, et Sacerdos dicitur. BEDA: Conferendum autem est hoc Evangelii principium principio Matthaei (1,1) quo ait: «Liber generationis Iesu Christi Filii David, Filii Abraham»; hic autem dicitur «Filii Dei»: ex utroque enim unus Dominus Iesus Christus Dei et hominis filius est intelligendus. Et apte primus Evangelista Filium hominis eum, secundus Filium Dei nominat, ut a minoribus ad maiora paulatim sensus noster assurgeret, ac per fidem et sacramenta humanitatis assumptae, ad agnitionem divinae aeternitatis ascenderet. Apte etiam qui humanam erat generationem descripturus a Filio hominis coepit, David scilicet, sive Abraham; apte etiam is qui librum suum ab initio evangelicae praedicationis inchoabat, Filium Dei magis appellare voluit Iesum Christum, quia humanae erat naturae de progenie Patriarcharum veritatem carnis suscipere, et divinae fuit potentiae Evangelium mundo praedicare. HILARIUS: De Trin. [l. 2]: Non autem solo nomine contestatus est Christum Filium Dei, sed etiam proprietate. Nos Filii Dei sumus; sed non talis hic Filius: hic enim verus et proprius est Filius, origine, non adoptione; veritate, non nuncupatione; nativitate, non creatione.

CAPITOLO 1

VERSETTO 1

Inizio del Vangelo di Gesù Cristo Figlio di Dio.

GIROLAMO: L'Evangelista Marco, sacerdote in Israele e Levita secondo la carne, convertito al Signore, scrisse il Vangelo in Italia, mostrando in esso che cosa Cristo dovesse anche alla sua stirpe. Infatti, stabilendo l'inizio del Vangelo nella voce dell'esclamazione profetica, mostra l'ordine dell'elezione levitica, dichiarando che Giovanni Figlio di Zaccaria era stato mandato nella voce di un Angelo, dicendo: *Inizio del Vangelo di Gesù Cristo Figlio di Dio*. GIROLAMO: La parola greca «vangelo» significa in latino buon annuncio, che si riferisce propriamente al regno di Dio e al perdono dei peccati; è infatti attraverso il Vangelo che viene la redenzione dei fedeli, e la beatitudine dei santi. Ora, i quattro Vangeli sono uno solo, e uno solo è quattro. In ebraico Gesù diviene in greco «Sotèr», in latino «Salvator». Messia in ebraico si traduce in greco con «Christòs», «Unctus» in latino, cioè Re e Sacerdote. BEDA: Occorre confrontare questo inizio del Vangelo con quello di san Matteo (1,1), in cui si dice: «Libro della generazione di Gesù Cristo, figlio di Davide, figlio di Abramo»; qui invece si dice: *Figlio di Dio*; da entrambi i termini, infatti, si deve intendere l'unico Signore Gesù Cristo figlio di Dio e dell'uomo. E giustamente il primo Evangelista lo chiama Figlio dell'uomo, e il secondo Figlio di Dio, in modo che la nostra conoscenza passi a poco a poco dal minore al maggiore, e mediante la fede e i sacramenti dell'umanità assunta salga alla conoscenza della divina eternità. Bene poi colui che avrebbe descritto la generazione umana ha iniziato dal Figlio dell'uomo, cioè Davide o Abramo; bene inoltre colui che iniziava il suo libro dall'inizio della predicazione evangelica volle chiamare Cristo piuttosto Figlio di Dio, poiché apparteneva alla natura umana assumere la verità della carne dalla progenie dei Patriarchi, e alla potenza divina predicare il Vangelo al mondo. ILARIO: Non ha però detto che Cristo era Figlio di Dio solo di nome, ma anche per natura. Noi siamo figli di Dio, ma non è tale questo Figlio: egli è infatti il Figlio vero e proprio, per origine, non per adozione; per verità, non per denominazione; per nascita, non per creazione.

VERSUS 2-3

Sicut scriptum est in Isaia propheta: «Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te». «Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius».

BEDA: Scripturus Evangelium Marcus, congrue primo ponit testimonia Prophetarum, ut eo cunctis sine scrupulo dubietatis suscipienda quae scriberet intimaret, quo haec a Prophetis antea praedicta esse demonstraret. Simulque uno eodemque Evangelii sui principio et Iudaeos, qui legem ac Prophetas susceperant, ad suscipiendam Evangelii gratiam, ac sacramenta, quae ipsorum Prophetarum praedixerant, instituit; et Gentiles, qui per Evangelii praeconia ad Dominum venerant, ad auctoritatem quoque legis et Prophetarum suscipiendam venerandamque provocat; unde dicit: «Sicut scriptum est in Isaia Propheta: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam». HIERONYMUS, De optimo genere interpretandi [c. 3]: Hoc autem non scribitur in Isaia; sed in Malachia (3,1) novissimo duodecim Prophetarum. CHRYSOSTOMUS, In Marc. [hom. 1]: Potest autem dici, quod falsitas est scriptoris. Vel aliter dicitur, quod duas prophetias in diversis locis dictas a duobus Prophetis, in unum congregans posuit. In Isaia enim Propheta (40,3) post Ezechiae describitur historiam: «Vox clamantis in deserto»; in Malachia (3,1) vero: «Ecce mitto Angelum meum». Secundus igitur Evangelista duas prophetias posuit ut ab Isaia dictas, et ad unam lectionem hoc referens, tacens vero a quo dicatur «Ecce mitto Angelum». AUGUSTINUS, De quaest. novi et veter. testam. [qu. 57]: Sciens enim omnia ad auctorem referenda, dicta haec ad Isaia revocavit, qui sensum istum prior intimaverat. Denique post verba Malachiae statim subiecit dicens «Vox clamantis in deserto»: ut iungeret verba utriusque Prophetarum ad unum sensum pertinentia, sub prioris Prophetarum persona. BEDA: Vel aliter intelligendum est: quia etsi non haec verba inveniuntur in Isaia, sensus tamen eorum inveniuntur in multis aliis locis; et manifestius in hoc quod subiunxit: «Vox clamantis in deserto». Nam quod dixit Malachias (2,7) mittendum Angelum ante faciem Domini, qui praepararet vias eius, hoc est quod dixit Isaia vocem clamantis in deserto audiendam, quae diceret «Parate viam Domini». In utraque autem sententia similiter paranda via Domini praedicatur. Potuit autem fieri ut animo Marci Evangelium conscribentis pro Malachia Isaia occurreret,

VERSETTI 2-3

Come è scritto nel Profeta Isaia: «Ecco, io mando il mio angelo davanti al tuo volto, a preparare la tua via davanti a te». «Voce di chi grida nel deserto: Preparate la via del Signore, raddrizzate i suoi sentieri».

BEDA: San Marco, prima di scrivere il Vangelo, si fa precedere dalla testimonianza dei Profeti, al fine di attirare la fiducia su ciò che sta per scrivere mostrandolo già annunciato dai Profeti. Con questo modo di iniziare il suo Vangelo egli conduce i Giudei, che avevano ricevuto la legge e i Profeti, ad accogliere la grazia evangelica e i misteri che i Profeti avevano annunciato, e nello stesso tempo conduce i Gentili, che erano venuti a Cristo attraverso gli oracoli evangelici, a ricevere e a venerare l'autorità della legge e dei Profeti; per cui dice: *Come è scritto nel Profeta Isaia: «Ecco, io mando il mio angelo davanti al tuo volto.* GIROLAMO: Ciò però non è scritto in Isaia, ma in Malachia (3,1), l'ultimo dei dodici Profeti. CRISOSTOMO: Si può dire che è un errore dello scrivano. Oppure, altrimenti, si dirà che ha posto insieme due profezie raccolte da luoghi diversi. Infatti nel Profeta Isaia (40,3), dopo Ezechia, viene descritta la storia: *Voce di chi grida nel deserto;* in Malachia invece (3,1): *Ecco, mando il mio Angelo.* Il secondo Evangelista dunque ha posto due profezie, come scritte dal Profeta Isaia, riferendole a un'unica lezione, e tacendo da chi è detto: *Ecco, mando l'Angelo.* AGOSTINO: Sapendo infatti che tutto va ricondotto all'autore, ha riportato queste cose a Isaia, il quale per primo ne ha dato questo senso. Alla fine, subito dopo le parole di Malachia, aggiunge: *Voce di chi grida nel deserto,* per congiungere le parole di entrambi i Profeti aventi un unico senso sotto la persona del primo Profeta. BEDA: Oppure bisogna intendere diversamente: poiché, anche se queste parole non si trovano in Isaia, tuttavia il loro senso si trova in molti altri luoghi, e poi manifestamente in ciò che aggiunge: *Voce di chi grida nel deserto.* Infatti ciò che disse Malachia (2,7), che bisognava mandare un Angelo davanti al volto del Signore per preparare le sue vie, è ciò che disse Isaia, che cioè bisognava ascoltare la voce di chi gridava nel deserto dicendo: *Preparate la via del Signore.* Ora, in entrambe le sentenze si predica similmente che bisogna preparare le vie del Signore. Poté anche accadere che nell'animo dell'Evangelista Marco, che scriveva il Vangelo, si presentasse Isaia al posto di Malachia, come

ut fieri solet; quod tamen sine ulla dubitatione emendaret, saltem ab aliis admonitus, qui ipso adhuc in carne vivente legere potuerunt; nisi cogitaret, recordationi suae, quae sancto spiritu regebatur, non frustra occurrisset aliud pro alio nomen Prophetarum. Sic enim insinuat quaecumque per Prophetas Spiritus sanctus dixit, et singula esse omnium, et omnia singulorum. HIERONYMUS: Vox, per Malachiam ad Patris sonat ad Filium, qui est facies Patris, unde agnitus est. BEDA: Angelus autem vocatur Ioannes, non naturae societate, iuxta haeresim Origenis, sed officii dignitate: Angelus enim graece, latine nuntius dicitur; quo nomine recte appellari potuit homo ille qui fuit missus a Deo, ut testimonium perhiberet de lumine, et venientem in carne Dominum mundo nuntiaret: cum constet omnes qui sacerdotio funguntur ob evangelizandi officium Angelos posse vocari, dicente Propheta Malachia (2,7): «Labia sacerdotis custodiunt scientiam; et legem requirunt ex ore eius, quia Angelus est Domini exercituum». THEOPHYLACTUS: Praecursor igitur Christi Angelus dicitur propter vitam angelicam et reverentiam excelsam. Quod autem dicitur «Ante faciem tuam», hoc significat quasi diceret, iuxta te est nuntius tuus; unde ostenditur propinquitas praecursoris ad Christum: etenim iuxta reges ambulant qui propinqui sunt magis.

Sequitur «Qui praeparabit viam tuam ante te»: per baptismum enim praeparavit animas Iudaeorum, ut Christum susciperent. HIERONYMUS: Vel via Domini qua ad homines ingreditur, poenitentia est, per quam Deus ad nos descendit, et nos ad illum ascendimus: hinc autem initium praedicationis Ioannis fuit: Poenitentiam agite. BEDA: Sicut autem Ioannes Angelus potuit vocari pro eo quod faciem Domini evangelizando praevenit; ita recte appellari et vox potuit, quia Verbum Dei sonando praeibat; unde sequitur «Vox clamantis in deserto». Constat enim quod unigenitus Filius Verbum Patris vocatur; et ex ipsa nostra locutione cognoscimus quia prius vox sonat, ut verbum postmodum possit audiri. HIERONYMUS: Dicitur autem «Vox clamantis», quia clamor ad surdos, et longe positos, sive cum indignatione fieri solet; quae Iudaico certum est populo evenisse, dum longe est peccatoribus salus; et aures suas obturaverunt sicut aspides surdae: et indignationem, et iram, et tribulationem a Christo audire meruerunt. CHRYSOSTOMUS: Per hoc autem quod dicitur «In deserto», manifeste ostendit prophetia, non in Ierusalem divina fieri dogmata, sed

suole accadere; il che senza alcun dubbio avrebbe corretto, almeno dietro ammonimento di altri che poterono leggere lo scritto mentre egli era ancora vivo; a meno che non avesse pensato che alla sua memoria, che era retta dallo Spirito Santo, non per nulla si era presentato il nome di un Profeta al posto di un altro. Così infatti si insinua che tutto ciò che lo Spirito Santo ha detto mediante i Profeti appartiene singolarmente a tutti e reciprocamente. GIROLAMO: La voce del Padre attraverso Malachia suona alle orecchie del Figlio, che è il volto del Padre per cui è stato riconosciuto. BEDA: Giovanni è poi chiamato Angelo non perché appartenga alla loro società, secondo l'errore di Origene, ma per la dignità dell'ufficio: infatti la parola greca Angelo significa in latino annunziatore, con il quale nome rettamente poté essere chiamato quell'uomo che fu mandato da Dio per dare testimonianza alla luce, e per annunziare al mondo il Signore che veniva nella carne, essendo noto che tutti quelli che esercitano il sacerdozio per evangelizzare possono essere chiamati Angeli, secondo quanto dice il Profeta Malachia (2,7): «Le labbra del sacerdote custodiscono la scienza, e ricercano la legge dalla sua bocca, poiché è l'Angelo del Signore degli eserciti». TEOFILATTO: Il precursore di Cristo è dunque detto Angelo per la vita angelica e la riverenza eccelsa. Ciò che poi si dice: *davanti al tuo volto*, significa: il tuo nunzio è presso di te; per cui si mostra la vicinanza del precursore a Cristo: infatti camminano presso i re coloro che sono ad essi più vicini.

Segue: *a preparare la tua via davanti a te*; mediante il battesimo, infatti, ha preparato l'anima dei Giudei, affinché ricevessero Cristo. GIROLAMO: Oppure la via del Signore mediante la quale egli raggiunge gli uomini è la penitenza, mediante la quale Dio discende a noi, e noi saliamo a lui; ora, da qui prese inizio la predicazione di Giovanni: fate penitenza. BEDA: Come poi Giovanni poté essere chiamato Angelo in quanto preparò al Signore la via con la sua predicazione, così rettamente poté essere chiamato anche voce, prevenendo il Signore con il risuonare della sua parola; per cui segue: *Voce di chi grida nel deserto*. È chiaro infatti che il Figlio Unigenito è chiamato Verbo del Padre, e dal nostro stesso parlare conosciamo che prima risuona la voce, in modo che in seguito si possa udire la parola. GIROLAMO: Si dice poi: *Voce di chi grida*, poiché il gridare riguarda i sordi, e quelli che stanno lontano, oppure quando c'è sdegno; e tutto ciò senza dubbio riguardò il popolo Giudaico, poiché la salvezza è lontana dai peccatori, e chiusero le loro orecchie come serpenti sordi, e meritavano di sentire da Cristo lo sdegno e l'ira e la tribolazione. CRISOSTOMO: In quanto poi si dice: *nel deserto*, la profezia manifesta chiaramente che gli insegnamenti divini non vengono dati a Gerusalemme, ma nel deserto. E ciò si rea-

in deserto. Quod implebatur ad litteram, Ioanne Baptista in deserto Iordanis Verbi Dei apparitionem salutiferam praedicante. Ostendit etiam sermo propheticus praeter desertum quod a Moyse ostensum fuit, ubi semitas faciebat, aliud esse desertum, in quo praesentem esse salutem Christi praedicabat. HIERONYMUS: Vel in deserto fit vox, et clamor, quia deserti erant a spiritu Dei, sicut domus vacans et scopata; deserti etiam a Propheta, Rege atque Sacerdote. BEDA: Quid autem clamaret aperitur cum subditur «Parate viam Domini, rectas facite semitas eius». Omnis enim qui fidem rectam, et opera bona praedicat, quid aliud quam venienti Domino ad corda audientium viam parat, ut haec scilicet corda vis gratiae penetret, et lumen veritatis illustret? Rectas autem semitas facit, dum mundas in animo cogitationes per sermonem praedicationis format. HIERONYMUS: Vel aliter. «Parate viam Domini»; hoc est, poenitentiam agite, et praedicate: «rectas facite semitas eius», ut via regia incedentes proximos nostros ut nos, et nosmetipsos ut proximos diligamus: qui enim semetipsum diligit, et non diligit proximum, ad dexteram declinat: nam multi bene agunt, sed bene non corrigunt, ut fuit Heli; et qui semetipsum odians, proximum diligit ad sinistram divertit: multi enim bene corrigunt, sed non bene agunt, ut fuerunt Scribae et Pharisei. Semitae autem post viam sequuntur, quia mandata moralia post poenitentiam explanantur. THEOPHYLACTUS: Vel via est novum testamentum, semitae vero vetus, quasi attritum: ad viam enim necesse erat praeparari, scilicet ad novum testamentum; veteris autem testamenti semitas rectas fieri oportebat.

lizza alla lettera, in quanto Giovanni Battista predicava l'apparizione salutare del Verbo di Dio nel deserto del Giordano. Il discorso profetico mostra poi che oltre al deserto che fu mostrato a Mosè, dove tracciava i sentieri, c'era un altro deserto, nel quale predicava che era presente la salvezza di Cristo. GIROLAMO: Oppure la voce e il grido risuonavano nel deserto poiché erano stati abbandonati dallo spirito di Dio, come una casa vuota e spazzata; abbandonati anche dal Profeta, dal Re, dal Sacerdote. BEDA: Che cosa gridasse, poi, risulta dalle parole: *Preparate la via del Signore, raddrizzate i suoi sentieri*. Chiunque infatti predica la retta fede, e le opere buone, a che cosa prepara i cuori degli uditori se non a preparare la via al Signore che viene, in modo cioè che questi cuori siano penetrati dalla forza della grazia e illuminati dalla luce della verità? Raddrizza poi i sentieri quando forma nell'anima, con la parola della predicazione, pensieri puri. GIROLAMO: Oppure diversamente. *Preparate la via del Signore* (cioè fate penitenza), e predicare: *raddrizzate i suoi sentieri*, in modo che procediamo nella via regale amando il nostro prossimo come noi stessi e noi stessi come il prossimo: chi infatti ama se stesso e non ama il prossimo, declina verso la destra; infatti molti agiscono bene, ma non correggono bene, come fu il caso di Eli; e chi odiando se stesso ama il prossimo declina verso la sinistra: molti infatti correggono bene ma non agiscono bene, come furono gli Scribi e i Farisei. Dopo la via seguono poi i sentieri poiché i precetti morali vengono spianati dalla penitenza. TEOFILATTO: Oppure la via è il Nuovo Testamento, i sentieri invece l'Antico, come tritarato: bisognava infatti essere preparati alla via, cioè al Nuovo Testamento; i sentieri dell'Antico Testamento dovevano invece essere raddrizzati.

VERSUS 4-8

Fuit Ioannes in deserto baptizans et praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Iudaea regio et Ierosolymitae universi et baptizabantur ab illo in Iordanis flumine confitentes peccata sua. Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, et zona pellicea circa lumbos eius, et locustas et mel silvestre edebat et praedicabat dicens: Veniet fortior me post me, cuius non sum dignus procumbens solvere corrigiam calciamentorum eius. Ego baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu sancto.

HIERONYMUS [super Parate viam Domini]: Secundum praemissam Isaiae prophetiam via Domini a Ioanne paratur per fidem et baptismum et poenitentiam; rectae semitae fiunt per austera indicia vestis cilicinae, et zonae pelliceae, et cibi locustini, et mellis silvestris, et humillimae vocis; unde dicitur «Fuit Ioannes in deserto». Ioannes enim, et Iesus quaerunt quod in deserto amissum est; ubi vicit diabolus, ibi vincitur; ubi cecidit homo, ibi exurgit. Ioannes autem gratia Dei interpretatur; a gratia autem narratio incipit; sequitur enim «Baptizans»; per baptismum enim gratia datur, qua peccata gratis dimituntur. Quod autem consummatur per sponsum, initiatur per paranympum: unde catechumeni, hoc est instructi, incipiunt per sacerdotem, et chrismantur per episcopum; et ad hoc designandum subditur «Et praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum». BEDA: Liqueat quia Ioannes baptismum poenitentiae non solum praedicavit, verum etiam quibusdam dedit; sed baptismum in remissionem peccatorum dare non potuit; remissio etenim peccatorum in solo baptismo Christi nobis tribuitur. Dicitur ergo «Praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum»: quoniam baptismum quod peccata solveret, quia dare non poterat, praedicabat: ut sicut incarnatum Verbum Patris praecurrebat verbo praedicationis, ita baptismum poenitentiae quo peccata solvantur praecurreret suo baptismo, quo peccata solvi non possunt. THEOPHYLACTUS: Baptisma Ioannis non habebat remissionem peccatorum, sed poenitentiam solam afferebat hominibus: praedicabat ergo baptisma poenitentiae, hoc est quo duceret baptismus poenitentiae, nempe in remissionem peccatorum, ut hi qui poenitentiam agentes, Christum reciperent, in remissionem reciperent peccatorum.

VERSETTI 4-8

Giovanni stava nel deserto battezzando e predicando un battesimo di penitenza in remissione dei peccati. E uscivano verso di lui tutta la regione della Giudea e tutti gli abitanti di Gerusalemme. E si facevano battezzare da lui nel fiume Giordano, confessando i loro peccati. Giovanni era vestito di peli di cammello, con una cintura di pelle attorno ai suoi fianchi, e si cibava di locuste e di miele selvatico e predicava dicendo: «Verrà dopo di me uno più forte di me, davanti a cui non sono degno di inchinarmi per sciogliere il laccio dei suoi calzari. Io vi ho battezzato con l'acqua, ma egli vi battezzerà con lo Spirito Santo».

GIROLAMO: Secondo la premessa profezia di Isaia, la via del Signore è preparata da Giovanni mediante la fede, il battesimo e la penitenza; i sentieri diventano dritti per gli austeri indizi della veste di cilicio, della cintura di pelle, e del cibo a base di locuste e di miele selvatico, e della voce umilissima; per cui si dice: *Giovanni stava nel deserto*. Giovanni infatti, e Gesù, cercano ciò che è stato perduto nel deserto; dove il diavolo vinse, lì è vinto; dove l'uomo cadde, lì risorge. Ora, Giovanni si interpreta grazia di Dio, e dalla grazia prende inizio la narrazione, per cui segue: *battezzando*; con il battesimo infatti viene data la grazia, mediante la quale i peccati vengono rimessi gratuitamente. Ciò che poi è consumato dallo sposo è iniziato dal paraninfo; per cui i catecumeni, cioè gli istruiti, cominciano dal sacerdote, e sono cresimati dal Vescovo; e per designare ciò si aggiunge: *e predicando un battesimo di penitenza in remissione dei peccati*. BEDA: È chiaro che Giovanni non solo predicò il battesimo, ma anche lo diede a qualcuno; non poté però dare il battesimo in remissione dei peccati, poiché la remissione dei peccati ci è attribuita solo nel battesimo di Cristo. Si dice dunque: *predicando un battesimo di penitenza in remissione dei peccati* poiché, non potendo dare il battesimo che assolveva dai peccati, lo predicava; così che, come precorreva con la parola della predicazione la Parola incarnata del Padre, così col suo battesimo di penitenza che non assolveva dai peccati precorreva il battesimo con cui si viene liberati dai peccati. TEOFILATTO: Il battesimo di Giovanni non aveva la remissione dei peccati, ma portava agli uomini solo la penitenza: predicava dunque il battesimo della penitenza, per condurre là dove conduceva il battesimo della penitenza, cioè alla remissione dei peccati, in modo che quanti facendo penitenza ricevevano Cristo, lo ricevessero in remissione dei peccati.

HIERONYMUS: Per Ioannem autem sicut per amicum sponsi inducitur sponsa ad Christum, sicut per puerum Rebecca ad Isaac; unde sequitur «Et egrediebatur ad illum omnis Iudaea regio, et Hierosolymitae universi, et baptizabantur ab illo in Iordane flumine»: «confessio» enim, «et pulchritudo in conspectu eius» scilicet sponsi (Ps. 95,6). Desilit enim sponsa de camelo, cum humiliat se nunc Ecclesia viso viro Isaac, idest Iesu Christo. Iordanis autem descensio aliena interpretatur, ubi peccata abluuntur. Nos enim olim alienati a Deo per superbiam, per baptismi symbolum humiliati erigimur in alta. BEDA: Exemplum autem hinc sumitur confitendi peccata, ac meliorem vitam promittendi, eis qui baptisma desiderant, per hoc quod subditur «Confitentem peccata sua». CHRYSOSTOMUS, In Matth. [hom. 10]: Quia vero Ioannes poenitentiam praedicabat, poenitentiae signa gerebat in vestitu et cibo; unde sequitur «Et erat Ioannes vestitus pilis camelorum». BEDA [cap. 3, in I cap. Marci]: Pilis, inquit, vestitus, non lana. Aliud austerae vestis indicium est, aliud luxuriae est mollioris. Zona autem pellicea, qua accinctus fuit, ut Elias, mortificationis indicium est. Porro quod sequitur «Et locustas et mel silvestre edebat», habitatori solitudinis congruum est, ut non delicias ciborum, sed necessitatem humanae carnis expleret. HIERONYMUS: Vestis autem Ioannis et cibus et potus totam austeram vitam praedicantium significat, et futuras gentes ad gratiam Dei, quae est Ioannes, intus et foris esse coniungendas: pilis enim cameli divites Gentium significantur, et zona pellicea pauperes mundo mortui, et locustis errantibus sapientes huius mundi; qui stipulas Iudaeis aridas relinquentes, frumenta mystica curribus trahunt, et in calore fidei saltus in altum dant, et melle silvestri fideles inspirati de inculta silva saginantur. THEOPHYLACTUS: Vel aliter. Vestis de pilis camelorum doloris erat ostensivum, innuente Ioanne, quod poenitentem dolere oportet. Dolorem enim saccus significat, zona vero pellicea mortificationem Iudaici significat populi; esca autem Ioannis non solum abstinentiam notat, sed etiam est indicium spiritualis escae, qua tunc populus vescebatur, non quid altum intelligens, sed tamen in alta saliens, iterumque se deprimens: talis enim est locusta, in altum saliens, et iterum cadens. Sic igitur et melle quidem vescebatur populus quod erat ex apibus natum, scilicet ex Prophetis, non tamen domesticum, sed silvestre: habebant enim Scripturas Hebraei, sicut mel quoddam; sed non bene intelligebant.

GIROLAMO: Mediante Giovanni poi come mediante l'amico dello sposo viene introdotta la sposa a Cristo, come mediante il fanciullo Rebecca a Isacco; per cui segue: *E uscivano verso di lui tutta la regione della Giudea e tutti gli abitanti di Gerusalemme. E si facevano battezzare da lui nel fiume Giordano*: infatti «la confessione e la bellezza al suo cospetto» (*Sal 95,6*), cioè dello sposo. Discende infatti la sposa dal cammello quando la Chiesa adesso si umilia visto il marito Isacco, ossia Gesù Cristo. La discesa del Giordano, poi, si interpreta discesa straniera, dove vengono lavati i peccati. Infatti, dopo essere stati un tempo alienati da Dio per la superbia, umiliati per il simbolo del battesimo, ci eleviamo verso le altezze. BEDA: Da qui si prende l'esempio di confessare i peccati e di promettere una vita migliore, per coloro che desiderano il battesimo, in quanto si aggiunge: *confessando i loro peccati*. CRISOSTOMO: Ma poiché Giovanni predicava la penitenza, portava i segni della penitenza nel vestito e nel cibo; per cui segue: *Giovanni era vestito di peli di cammello*. BEDA: Dice che è vestito di pelo, non di lana. L'uno è indice di una veste austera, l'altro di mollezza. La cintura di pelle, invece, di cui era cinto, è segno di mortificazione, come quella di Elia. In verità ciò che segue: *e si cibava di locuste e di miele selvatico*, conviene a chi vive nella solitudine, per adempiere alla necessità della carne umana e non cercare le delizie dei cibi. GIROLAMO: La veste poi di Giovanni, e il cibo, e la bevanda, indicano tutta la vita austera dei predicatori, e che le genti future dovranno essere congiunte, dentro e fuori, alla grazia di Dio, indicata dal nome Giovanni; infatti coi peli del cammello vengono indicati i ricchi delle genti, con la cintura di pelle i poveri morti al mondo, e con le locuste erranti i sapienti di questo mondo i quali, lasciando la paglia arida dei Giudei, caricano i loro carri di mistico strumento, e nel calore della fede fanno salti in alto, e il miele selvatico indica i fedeli ispirati che si ingrassano di ciò che fornisce loro una foresta incolta. TEOFILATTO: Oppure diversamente. La veste di peli di cammello mostrava il dolore, facendo Giovanni capire che il penitente deve dolersi. Infatti il cilicio indica il dolore, la cintura di pelle, invece, significa la mortificazione del popolo Giudeo; il cibo di Giovanni, poi, non denota solo l'astinenza, ma è anche indizio del cibo spirituale, di cui allora il popolo si nutriva, non intendendo qualcosa di alto, ma tuttavia saltando in alto, e poi cadendo nuovamente: tale infatti è la locusta, che salta in alto e di nuovo cade. Così dunque il popolo si nutriva anche di miele, che era nato dalle api, cioè dai Profeti, non però domestico, ma selvatico: infatti i Giudei avevano le Scritture come un certo miele, ma non lo intendevano bene.

GREGORIUS: *Moralium [31,19, super Iob 39,20]: Vel ipsa ciborum specie designavit Dominum quem praevenit qui, quia infructuosae gentilitatis dulcedinem sumpsit, mel silvestre edit; quia vero Iudaeorum plebem in suo corpore ex parte convertit, in cibo locustas accepit, quae subito saltus dantes, protinus ad terram cadunt. Saltus enim Iudaei dabant, cum praecepta Domini se implere promitterent; sed ad terram cadebant, cum per prava opera hoc se audisse denegarent. Habebant ergo saltum per vocem et casum per actionem. BEDA: Potest etiam habitus, et victus Ioannis qualitatem internae conversationis eius exprimere: namque austerioribus utebatur indumentis, quia vitam peccantium non blandimentis fovit, sed vigore asperae invectionis increpavit: zonam pelliceam habebat circa lumbos, quia carnem suam crucifixit cum vitiis et concupiscentiis; locustas et mel silvestre edebat, quia dulce quiddam sapiebat turbis praedicatio eius, existimante populo ne ipse esset Christus; sed potius finem sortita est, intelligentibus eius auditoribus quia non ipse Christus, sed praecursor, et Propheta esset Christi. In melle etenim dulcedo, in locustis est alacer volatus; unde sequitur «Et praedicabat dicens: Veniet fortior me post me». GLOSSA: Hoc dicebat ad removendum turbae opinionem, quae eum Christum esse credebatur; fortiorem autem Christum esse praenuntiat, qui remissurus erat peccata, quod ipse facere non valebat. HIERONYMUS: Quis etiam fortior est gratia qua abluuntur peccata, quam Ioannes significat? Ille nimirum qui septies et septuagies dimittit peccata. Gratia quidem prior est, sed semel dimittit peccata per baptismum; misericordia vero ad miseros ab Adam usque ad Christum per septuaginta septem generationes, et usque ad centum quadraginta quatuor millia pervenit.*

CHRYSOSTOMUS, *In Matth. [hom. 11]: Ne autem aestimaretur hoc secundum comparisonem sui ad Christum dicere, subiungit «Cuius non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum eius». Non est autem idem solvere corrigiam calceamentorum eius, quod hic Marcus dicit, et calceamenta portare, quod dicit Matthaeus. Et quidem narrationis ordinem prosequentes Evangelistae, nec in aliquo fallentes, dicunt utrumque Ioannem dixisse secundum alterum sensum; commentantes vero circa hoc differenter exposuerunt unumquodque: corrigiam enim vocant ligamen calceamentorum. Ad excellentiam igitur potestatis Christi, et divinitatis magnitudinem extollendam hoc dicit, ac si diceret: Neque in ministri ordine deputari sufficiens sum. Magnum enim*

